

Iusiurandum medicum Officio medico fungens

persancto voto me obstringo vitam meam ministerio generis humani dedicare.

Maxime mea intererit, ut saluti valetudinique aegrotantis consulam.

Liberum arbitrium ac dignitatem aegrotantis observabo.

Vitam humanam summa observantia verabor.

Aestimationem aetatis, aegritudinis vel imbecillitatis, religionis, originis genticae, sexus, nationis, politicae factionis, stirpis, propensionis sexualis, status socialis aliarumve proprietatum aegrotanti pertinentium ab officio fungendo amovebo.

Arcana mihi retecta conservabo, etiam post mortem aegrotantis.

*Munus meum conscientia ductus/ducta honeste praestabo,
morem probatum artis medicae consequens.*

Honorem moremque nobilem artis medicae colam.

Magistris, collegis et discipulis meis debitam gratiam referam honoremque tribuam.

*Cognitionem artis medicae quam adeptus/adapta sum pro salute aegrotantis
profectuque curae valetudinis communicabo.*

*Proprio saluti valetudinique me dedam, animum mentemque meum excolam,
ut curam praestantissimam aegrotantibus adhibere possim.*

*Scientiam artis medicae numquam ad iura hominum violanda sive libertates civiles
impediendas adhibebo, ne minis quidem territus/territa.*

Haec omnia servare sponte mea solemniter me devoto per honorem meum.